

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Pro humili subiectione alia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Pro humili subiectione, precatio.

O Infinita ac interminabilis bonitas Christe Iesu piissime, inspira & confirma in me spiritum bonum, qui me semper ad feruentiorem profectum inflammet: spiritum, inquam, veræ & perfectæ humilitatis, qui me dirigat, doceat, & informet, quomodo ex toto cordis affectu, sine aliqua cordis remururatione sub omniū pedibus, maximè seniorum & prælatorum meorum me subiçere, humiliare atq; inclinare, omnemq; proprium sensum relinqueret, & eorum ductum atq; iudicium sequi possim, quo tanto expeditius te Deum meum, qui vñq; ad mortem animam tuam humiliasti, per regiam humiliationis viam gratia tua adiuuante sequar, Amen.

Pro stultitia quadam laudabili, precatio.

O Iesu clementissime, ex intimis præcordijs te oto, vt me ad omnia quæ huius mundi sunt stultum facias, quatenus præter te nil sciam aut velim: vñq; in oculis meis totus sim vilis ac abiectus, nec ab ullo vñquam appetam honorari, sed magis despici atq; vt fatuus vilipendi, Amen.

Pro propria ruitatis agnitione, precatio.

O Iesu superdulcissime, vñnam tuam profundissimam humilitatem cordi meo tam profundè inscribas, vt nulli superbiz motus in me locum inueniant, neq; me vñlli vñquam creature propter nimiam meam indignitatem & vilitatem comparare audeam, sed quasi omnium vilissimum atq; nouissimum ex animo omnibus substernam, omniumq; quos mundus contineat horriuum imperfectissimum ac infimum iudicem, Amen.

Pro sui vilipensione, precatio.

O Iesu desiderantissime, supplico quam deuotissime possum ardentissime tuæ erga me charitati, vt ad profundissimam humilitatis virtutem cor meū præparare digneris, tantoq; tui suauissimi amoris igne me succendas, vt omnia mundi blandimenta, omniaq; transitoria & meipsum totum propter te contemnam, nec vlla mundi aduersa, vel conuictant mihi probra pertimescam, sed totis viribus te per viam, despectionis & crucis opprobrii gaudens imitari desiderem, neq; (quod seculi huius amatoribus proprium est) doleam si alij mihi præferantur; imò vehementer contrister, si aliquis mihi honor à quoquam deferatur, Amen.

Pro humilitate, precatio.

I Esu Christe, amator & magister humilitatis, qui abiecta huius mundi eligis, vt fortia quæq; confundas: quicq; secreta tua abscondis mundi sapientibus, & renelas ea paruulis, apud quem etiam abominabile est, quod altum est hominibus: infunde cordi meo perfectissimam tibi q; acceptissimam humilitatem. Dulcis Iesu, qui dixisti: *Discite à me, quia misericordia & humilitas corde: doce me vt feruentissimo de fidei optem, gaudensq; accipiam omnem humiliationem, vilificationem, atq; contemptum meipius.* Extingue piissime Iesu in me appetitū omnem inanis gloria, vt ex toto corde meo cupiam gaudeamq; nesciri, cōtemni, vilis reputari, & opprobria pati. Eia pie Iesu, fac vt tibi soli placere cupiam & propter te nemini displace timeā. Fac vt propriæ vilitatem, miseriam, inconstantiam, prauitatē, & quam nihil sim verè cognoscam, & ex animo detestabilem me sentiam, atq; ab alijs sentiri cupiam.

Matth. ii

Matth. iii